



## **Jus Canonicum In V. Libros Decretalium Distributum**

novâ Methodo explicatum, Omnibus Capitulis Titulorum (qui in Antiquis, & novis Libris Decretalium continentur) promiscuè & confusè positis, in ordinem doctrinæ digestis. Adjunctis Aliis Quæstionibus Connexis, Quæ Ad Plenam Cujusque Tituli, Aut Materiæ Cognitionem, Et Expositionem Pertinent. ...

Respondens Libro Quinto Decretalium. In Quo De Judicio, Seu Ordine Judiciario criminali, nec non de criminibus Ecclesiasticis, & secularibus ... agitur ...

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingae, 1677**

Titulus. XXV. De Clerico percussore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98302](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98302)

## T I T V L V S XXV.

## DE CLERICO PERCUSSORE.

Aliud delictum Clericorum est percussio, quæ etiam Clericis est prohibita, de qua in hoc Titulo agitur.

I.

**Q**uæritur primò, an liceat Prælati Ecclesiasticis percutere Clericos subditos? Resp. Episcopus Clericos delinquentes, si constituti sint in minoribus Ordinibus, etiam pro levibus culpis: si verò sacris, & majoribus Ordinibus sint initiati, non nisi in gravioribus criminibus, ut si v. g. ebrii sint, verberibus corrigere, & punire potest, c. Cum beatus 8. dist. 45. c. ult. dist. 35. junct. Gl. v. Corporali. Non tamen licet Episcopo, proprijs manibus, aliquem verberare, c. Non licet 25. dist. 86. sed per alium, non Laicum, sed Clericum, Clericos verberare licitum est, alioquin tam Episcopus verberari mandans, quàm Laicus verberans excommunicationem incurrunt, etiam si justa causa verberandi subest, c. Universitatis 24. de sent. excomm. Dist. in pract. Can. v. Verberari, c. 136. n. 2. & 3. nisi Clericus penitus sit incorrigibilis, tunc enim per Laicum verberari potest, Arg. c. Ut famæ, 35. de sent. excomm. secundum Gl. in casu Summæ dist. 45. de quo tamen dubitat Dicitur. l. cum illud cap. loquatur solum de captura facienda per Laicum, & nihil de verberibus. Prælati verò inferiores Episcopo, etiam pro levibus culpis, possunt verberare suos subditos Regulares, ut Abbas Monachum, causâ regularis disciplinæ, etiam in persona propria, vel si necessitas urgeat, ex mandato ejus, per alium Clericum, vel Monachum, cit. c. Universitatis, Dist. c. l. n. 2. quin imò etiam Episcopus per se potest verberare Clericum, si alium Clericum reperire non possit, Gl. in cit. c. Non licet, & Abb. in cit. c. Universitatis, n. 3. Quod si Prælati debitam correctionem in verberando excedant notabiliter, incidunt in excommunicationem Can. Si quis suadente, reservatam Papæ, & mittuntur in exilium, cit. c. Cum beatus, in fine princ. Abb. c. l. n. 9. & si ex immoderata & incauta percussione, etiam disciplinæ causâ factâ, sequeretur mors, vel mutilatio, contraheretur irregularitas, c. Presbyterum 7. de homicid. Quamquam quæ de percussione Clericorum, præsertim secularium, statuta sunt, ferè in defuetudinem abierint.

II. Quæritur secundò, quæ sit pœna Clerici alium, etiam Laicum, illicitè percutientis? Resp. De hoc agitur in c. Si quis 1. h. t. quod desumptum est ex Concilio Agathensi, quamvis in eo non reperiatur, ubi dicitur: Si quis in sacro aliquo gradu, seu Ordine constitutus (ubi tamen subintelligi debet, maxime, quia etiam alios Clericos minorum Ordinum non decet esse percussores, c. ult. h. t. Hostiens. hic v. Sacro.) percussor extiterit, corripatur à crimine, & si se non emendaverit, deponatur. Ex quo infertur, quod si se emendaverit, non sit deponendus, Gl. fin. hic. Arg. c. i. dist. 35. Quare propter unam, vel alteram simplicem percussorem, non debet Clericus deponi à gradu, seu statu Clericali, sed aliter corripi. At si consuetudinem habeat percutien-

di, ita ut facile procedat ad verbera, etiam pro minimis rebus, tunc talis ita inhumanus, & ferus non debet in gradu, seu statu Clericali permanere, cum Clericos deceat imitari mansuetudinem Christi, Gl. fin. hic, & Abb. n. 1. Quod si tamen Clericus aliquem, vel semel tantum, lethaliter, vel enormiter percussisset, deponendus esset, etiam sine ulla monitione, c. ult. dist. 55. Gl. hic in fine, & Hostiens. Præterea Concilium Tridentinum Sess. 13. c. 1. de reform. admonet Episcopos, ut se Pastores, non percussores esse meminerint.

III. Præterea prohibetur Episcopis, ne graviter, seu enormiter cædi faciant delinquentes, prout sumitur ex c. Præterea 2. h. t. Nam cum Episcopus Tarentinus mulierem quandam, propter delictum, fustibus crudeliter cædi jussisset, contra Ordinem Sacerdotij, quæ post octo menses decessit: hoc intellecto, Papa Gregorius I. quamvis non arbitrareretur illam defunctam esse, propter percussione illam, nihilominus mandavit, Episcopum illum, duobus mensibus, ab administratione, seu celebratione Missarum abstinere, qui non habuit respectum, sive debitam considerationem ad Ordinem, seu statum suum Episcopalem.

IV. Ubi notandum primò, hanc mulierem, mandato Episcopi, esse verberatam fustibus, vel quia deliquit in Ecclesia, vel quia subjecta fuit temporali jurisdictioni Episcopi, Jo. Andr. hic v. Mulierem, & Abb. n. 3. Secundò, ex temporis prolixitate, seu longitudine præsumitur, quod quis ex percussione non sit defunctus, si diu post obijt: sicut vice versâ, ex temporis brevitate præsumitur, ex percussione mortem esse secutam, c. Si qua famina 43. dist. 50. Gl. hic v. Post octo menses, & Hostiens. v. eod. id quod relinquendum est arbitrio Judicis, Abb. hic n. 1. Tertiò, si in casu hujus percussio illa occasio, vel causa propinqua fuisset mortis, Episcopus in perpetuum abstinere debuisset à celebratione Missæ, c. Studeat 39. dist. 50. & Arg. c. de cætero 11. de homicid. Gl. hic v. Post octo, & Hostiens.

V. Quæritur tertiò, an puniendus sit Clericus stans in pugna, seu conflictu, ex parte se defendentium, etsi ipse non percussit? Resp. De hoc agitur in c. Præsentium 3. h. t. Nam quidam Presbyter stetit in quodam conflictu, ex parte illorum, qui vim ipsis illatam repellebant, in quo lapides ipse projeciebat in eos, qui vim inferebant, sed neminem percussit, vel laesit. Re delatâ ad Papam Alexandrum III. is præcepit, ut prædictus Sacerdos, quia per alios aliqui in illo conflictu dicebantur occisi, à Missarum celebratione per biennium abstinere, ita tamen ut si aliud non impediat, elapso biennio, officium suum exequi possit: quia prohibitum ad tempus, censetur post illud permissum, neque extenditur ultra illud tempus, Barbof. hic n. 2.

Sf 3

VI. Con-

**VI.** Contra decisionem hujus cap. ob stare videtur, quia ferens opem ad homicidium fit irregularis, etiam si ipse neminem interfecerit, c. *Sicut dignum* 6. §. *Illi etiam*, c. §. *fin. supr. de homicid.* c. *Si quis viduam* 8. diff. 50. Respondent aliqui apud *Hosienf.* c. *Abbat. hic*, quod intervenerit hic dispensatio, alioquin Jure communi iste Sacerdos erat irregularis. Sed contra est, quia nulla in hoc cap. de dispensatione fit mentio, & textus allati loquuntur de assistentibus in bello, vel conflictu injusto: Clericus autem, qui interfuit bello justo, non tenetur de homicidio facto per alios, nec fit irregularis, etiam si ipse percusserit, dummodo non occiderit, c. *pen. de homicid.* & dictum supra de homicidio: nam licitum est cui liber proximo suo ad repellendam ipsius injuriam, suum impertiri auxilium, c. *Dilecto* 6. de *sent. excomm. in 6.* quod indistinctè loquitur, & communiter solet intelligi, tam de Clerico, quam Laico, nec apparet in Jure discrimen, quoad hoc, inter conflictum publicum, & privatum justum. Itaque rectius dicitur, quod pena ista suspensionis per biennium Sacerdoti huic fuit imposita ad cautelam, & terrorem aliorum, ut Clerici tales conflictus evitent, & sic aliquis puniri potest, ob factum, vel culpam alterius, *Gl. fin. hic*, c. *Hosienf. V. Abstinere*. Vel etiam dici potest, quod in casu hujus cap. non erat magna necessitas assistendi illis, quibus vis illata est, quia per se erant sufficientes ad se defendendum, & sic aliquo modo excessit Clericus iste, projiciendo lapides, & in culpa fuit, assumendo arma, citra necessitatem propriam, vel proximam; non tamen tenetur de homicidio, nec factus est irregularis propter homicidium aliorum, qui justè occiderunt se invadentes, *Abb. hic n. 2. c. 3. in fine*. Vel denique dici potest, quod hæc pena suspensionis fuerit isti Sacerdoti imposita, quia graviter erat infamatus, & ad scandalum imminens cavendum, *Hosienf. hic V. eod.*

**VII.** Similiter in c. *Continencia* 4. n. habetur, quod cum quidam Acolythus, cum quibusdam, arma sumpsisset ad resistendum donibus, tres in illo conflictu ab aliis fuerunt ad mortem (cum effectu, ita ut morerentur, ut sequitur) ita tamen, ut illa homicidia que consilio ipsius Acolythi, adeoque ipsius percutione, nec consentiente, expressè perperata fuerint perpetrata: postea Acolythus illius religionem transiit, & volebat ad sacros Ordines promoveri, unde quæsitum fuit, an posset respondere Papa Celestinus III. quod cum aliam gem melioris vitæ transiverit, poterit ad Subconatus Ordinem promoveri, & Alacritatem exercere.

**VIII.** Porro quamvis *Gl. fin. hic* dicitur, cum isto Acolytho fuerit dispensatum, ut promoveri ad Subdiaconatum tantum, idque ad religionem, quam ingressus est, quia fuit in excomunicando arma, quod ipsi non licuit. Oppositum verius est, nempe quod nulla hic dispensatione, sed Jure communi potuit promoveri iam ad Diaconatum, & Presbyteratum, quia consultus de jure respondit, & quid juris taliter dicit, quod poterit Altaris ministrare, cetera, adeoque etiam in Ordine Diaconatus, byteratus, cum & Subdiaconus alius sit baptizatus. Ratio est, quia in nulla culpa fuit, operam rei licite, sumendo arma ad resistendum donibus, quod licet, c. *pen. h. i.* adeoque nec dii reus fuit, nec irregularis est factus, *Hosienf. Promoveri, Abb. n. 2. c. 3. c. ejus Glossæ*. Nevo lit. C. Nec obstat, quod in textu ponitur ipsum ad Religionem transiisse, quia per hoc indicatur, quod ipsi ideo non fuerit imposita penitentia, sicut in casu cap. præcedentis est Abbas hic in fine.

## T I T V L V S XXVI. DE MALEDICIS.

Quia alia est percussio, quæ fit manu, alia linguâ, cum Maledici, & detraheres quodammodo percutiant, ideo priori Titulo subjicitur iste de maledicis, *Abb. hic in Rubrica*.

### §. I.

*De Maledicis, & Maledictis in Papam, vel Imperatorem, eorumque pœnis.*

#### I.

**Q**ueritur primò, quid sit maledictum, vel maledictio? Respon. Maledicere, prout refertur ad homines, est, cum malum aliquod de præsentis, vel de præterito dicitur, ut tradit *Bartol. in l. Item apud Labeonem* 15. §. *Ait Prætor, n. 4. ff. de Injuriis*. Vel Maledicus generaliter dici potest is, qui obloquitur de alio homine detra-

hendo ei, & eum obloquijs, sive detractionibus primendo, *Hosienf. in Summa, n. 1. h. i.* Tamen modis maledicere quis potest, ut tradit *Bartol. Tom. 5. de just. tr. 4. diff. 22. n. 1.* Primò enunciativo affirmando malum de altero. Secundò imperativaliter alicui efficiendo, quod est eum maledicere modo Juxta alicui maledicere, dum penam imponit. Tertiò fit maledictio per modum optationis imprecantis alicui malum. Hic accipitur maledictio primo modo, quando de aliquo enunciativo affirmatur malum aliquod, v. g. quod sit hæreticus, vel hæreticus; quod si de absente hæreticus dicatur, tunc maledictio ad detractionem pertinet, per quam fama alicujus minuitur: si vero alicuius in faciem objiciantur, est contumelia, per quam honor laeditur, *Abb. hic n. 2.*